



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Eleemosyna fit quatuor modis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Et Isaias . Frange esurienti panem tuum, &c. & subdit. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, clamabis, & dicet, ecce adsum, &c. Quintum est quia beatitudinem æternam parat. Prou. 19. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur . Et Bernardus. Præbe tectum & accipe cælum. Matt. Venite benedicti patris mei percipite regnum, &c. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Plus certò per pauperem recipimus, quàm id quod pauperi damus, damus illi numum, & recipimus cælum, damus bucellam, & à Christo recipimus uitam æternam. Hoc Basilius.

Isa. 58.

Pro. 19.  
Bern.

Mat. 24

Basil.

*Eleemosyna fit quatuor modis.*

**C**ompatiendo. Vnde Iob patientissimus dicebat. Compatiebatur anima mea pauperi. Et Cyprianus. Quisquis illi qui in eum peccauit dimittit ignoscendo peccatum sine dubio eleemosynam facit. Et Gregorius. Plus est compassio quàm datum, quia rem quamlibet dat plerunque etiam qui non compatitur. Consilium præbendo. Vnde Isidorus. Nam qui in necessitatibus positus consilium deuotè dat, elemosy-

Iob. 19.

Cypri.

Greg.

Isyd.



CHRISTIANA

**Isyd.** nam proculdubio facit. Idem. Doctrina donum eleemosyna est. Numquam bonæ uoluntatis præbendo. Vnde **Grego.** Gregorius. Nunquam manus ante Dei oculos erit uacua à munere, si recta cordis erit plena bona uoluntate. Et **Chriso.** Voluntas facit opus remunerabile, non opus uoluntatem. Quarto, temporalia distribuendo. **Isa. 58.** Vnde Isaias. Frange esurienti panem tuum; &c. Multæ extant de hoc autoritates scripturæ sacræ, quas alibi uidere poteris, si uolueris.

*Eleemosyna danda est quadrupliciter, ut sit recta.*

**P**rimo, ordinatè, uidelicet, ut homo prius sui misereatur. Vnde **Auguf.** de P. Augustinus. Qui uult ordinatè dare eleemosynam, à seipso debet incipere. **Ecc. 30** Ecclesiasticus. Misereare animæ tuæ placens deo. Secundò, cum festinatione. **Prou. 3.** Pro. Ne dicas amico tuo, uade & reuere, & crastinam postea dabo tibi, &c. Et **Eccl. 4.** Ecclesiastici. Cor inopis ne afflixeris, & non perturbes datum angustianti. Et **Isyd.** Isidorus ait; quod cum tædio datur, præcedem perdit. Et pater **Auguf.** Augustinus.